S. Hierony. tom. 1. epift. 27. de obitu S. Paulae pag. 2.

B. Enoſid. de vita S. Antonij Abbatis initio.

Cant. 4. v. 13.

toto denique corporis habitu, virtutum omnium; aromatumque Paradisi fragrantiam. Quia in beate dictae suae emissiones tuae Paradisus malorum punicorum, Granadæ quod quidem perinde est, inquit Nyssenus, ac si diceret, sermo tuus, qui per os tuus emititur. Et Paradisus locum punicorum: mali autem punici producunt omne genus fructuum (vt vere hoc genus malo-granaci) Granadi omnium virtutum, & religiosa perfectionis exultil fructus. Vberrimos) semper ægirtute ambulans in virtutem. Pulchritudo in statu perfectionis malorum punicorum Paradisus non inveniuntur omnes emissiones. Pulchritudo in bono granato nostro exterior gravitas, & quedam austeras, cum interiori dulcedine coheret: quemadmodum in malo granato ad prius Nyssenus de priori doce anteriori ita loquens: Malum autem punicum difficulter sur aggregatur, ut quiescens proferat ramos, & quod in gustu austero, & insipidus propinquus fructum conseruat, & furem exerat. Mox: Ita enim ad fructum virtutis fructibus non patet editus; ut qui sic abscepit austero contingente ambitu, & per severam, & rigidam vita configurationem veluti quasdam spinas, eos pungens, qui ut molo officiant, accedunt propriis. De posteriori autem suavissima dote, fractio, inquit, corpice, intus appetet visu quidem suaudius, & bene affectus; glutinosa autem mellitus, & nibil afferens malitia. Denique quando tempus probaberit, opportunitatem suendi fructibus, mali punici sit omnium fructuum delicia. Quam apta Granadi descriptioni exteriori vultus gravitate, rigidioris vita constitutione, mortificationis, & modestia, ac zeli timoris divini veluti ante in cortice, infidatiorem virtutum furem vanam gloriari fugat; atque superbos, mollesque homines coegeret, & coram se effractis modestia repagulis conlittere non permisit: subiectis, & vere per penitentiam contritis, meliorisque vita proposito obfirmatis viscera Christi, & vbera preberet, se illis vere mellei, mellitus verbis inuiter exuberantem reddicet; & malus punicus sit humani generis, omniumque fructuum delicia. Quidque in ijs, qui diversa sectantur studia vel solo sui adspicere, huiusmodi contrarios affectus, & effectus inducit: quod solo oculorum obtutum, obstinatos alioqui peccatores infingit: quod sceleris conceptione tumetes non pauci, se se profligatos, & ad meliorem frugem reductos solo Granadi aliud agentis intuitu, esse fatentur?

Quidem non ignobilis adolescentia frangis divini timoris repagulis, contentoque gressu in profundam meretricis foveam, se iam precipitandum pergebat: cum subito Granadi aspectu, tanquam iacto de celo fulmine, revocatur. Alter scelerum furiis agitata concionante Granadum forte offendit, & repellere anteriori se sentit ita pulsari, vt apud illum conscientia fortes confessione deponat. Resistit obfirmata criminum fronte; sed urget adhuc celestis impulsus, cui ille, recalcitrans responderet, se concionante ne de nomine quidem nosse, ne dum qua ratione querat, agnoscere. Res mira. Notum sibi illico fieri audit contenta, distinctaque voce Granadum appellante. Adit illum, alloquitur demissa, ac verecundata facie: conscientiam scelerum ceno eluit: Sacramento penitentia detergit: non minori consistenis, quam confessari gratulatione, atque lucticia. E prima nobilitate vir cuidam Theologo religiosi Ordinis ornamento narrat (alijs è nostris non leui narranti) se quando sceleribus, & acrioribus libidinis facibus adūti sentiebat, non alias efficiaciores, orci igni protinus extingendo, vindas secundum Deum reperire solui esse; quam Granadi vultum, modestiam, castitatem, & virginis instar pudorem remisisti: illumque mentis sua oculis obversantem, attenta memoria retinere. Cum tres ab hinc annos Matriti, Bilbili, Cesaraugusta, Madriæ, Tarracone, Valentia, Barcinone, alijsque vribus ad viam, que Romam ex Boetica ducit, collocatis commorareret, magnam se nisi fragrantiam ædificationis, quam in illis Granadus, Romanum illac anno superiori petens, sparisse, eiusque in omni genere virtutum aëtionibus, veluti vernantibus floribus, & suavissimis ex se odore efflantibus, mentes omnium mirifice recreari, & in peregrini landes effundi. Cuius rei, ut alios taceam fructus, ille fuit sat presentaneus, atque salubris, quem Cesaraugusta experta est; mihi eiusdem vrbis Collegij nostri Rectore, gravi, doctoque viro, & rei auctor, oculatoque teste narrante. Perditissimus quidam moribus homo, non paucos annos in sacramentali confessione fecerat viles, cuius graveolentia ipse, & couficij comites dire torquebantur. Audit is (aliud agens) festo die semel Granadum in nostro templo Sacrum facientem: vix finem audiendi fecerat, cum intra pedes latente tabisco sceleris tubere percullo divinitus, claustrum Collegij ingreditur: obortis tum labris, chrimarum fontibus, tum suspriorum flammis confessarium identidem vocat; ad pedes provolutus ruit, evomit viles, letaliter virus; totiusque anteacti temporis criminum saepe confessioni, contritioni, & abolitioni ritè operatus, ad animi sanitatem, meliore-

Nyssen. orat. 9. in
Cant. post med.

Quomodo Gra-
nadi actiones vir-
tutum, videantur
esse emissiones
malorum punico-
rum.

Granadi aspecc'
peccatorum ad
melioré vita fru-
gem reducit.

Nobilis quidam ar-
dentes libidinis
faces vel sola Gra-
nadi recordatio-
ne divinitus ex-
tinguit.

Perditis homo-
moribus, Gra-
nandum Cesaraug-
usta sacrum devo-
te faciente intui-
tus, repellere mu-
tatur, & profusis
vbertim lacry-
mis, scelerum vul-
nera multos an-
nos celata cõfes-
sario aperit.

17

que vita frugem, Deo iuvante, restituitur. Cui discedenti, dum cœlestis spei ianuas magis, ac magis aperit confessarius; quid tum postea, inquit? unde nam tam subita vitæ mutatione, & remedij viceris investigatione correptus es? Respondebit ille; id vestrum ego templum nunc sacrum auditur ingrediens, incidi in hospitem illum è vestris (quæ Granadum vocari audio) sacrum celebrantem: hominem macilenta facie, toto habitu corporis, & oris ad magnam modestiam, numinis venerationem, devotionemque composito. Cuius siogula & verba & motus, velut ardentes sagittæ cor meum ad criminum detectionem omnium, & ad præsentaneam, & citam pro fæcere pedibus evocationem, veniaque spem, non invitabant modò, verùm etiam acriter impellebant: donec tandem cœsi divinis per sanctum hominem eiaculari fulminibus. Ita haber ille Cæfarau-gustanus Granadi eventus. O quot alij Hispani, Granatæ, Cordubæ (& plerisque alijs, que ille peragravit, oppidis Hispania) ad adulterium, ad vindictam, ad alia flagitia præcipiti cursu cum rapercentur, casu obvius factus Granadi adspexit, mutusque oris ad modestiam, & cœlestem gravitatem compotis sermo, ita oculos cordis, & corporis percellebat, vt perversos gressus, & cogitationes continuo sisterent, atque in officio cötinerent! O quam multi, quos arrogantia, & elatio cordis, de potestate mentis deturbaverat, Granadi ante ipsos obversantis humiliare contusi, atque confusi, ad mentis, & humilitatis sanitatem redire! O quot homines denique tertiiori superbia tumescentes, quibus durius lapide-seebat peccatum, tanti luminis, vultusque splendore refracti, illius adspexit, ut fulmen fu-
gere, & tacita cogitatione scelerum convitio verberati, ab illius praesentia se precepere felinabant! O pener, audim etiam Angelis facultatem (huic in Christo victori accommodo verba Bernardi de sancto Victore Martyre in re non dissimili exclamantis) quam pari stu-
dio, & si dispares voluntate, & mali fugient, & frequentant boni. Nec facile dixerim, quid virum ad-
struat sanctiore, horum favor, aut pavor illorum. O viatrix anima, &c. Sic iam Granade, paradise malorum punicorum, verè victor vtriusque cohortis bonorum, atque malorum hominum
de vtrisque in uno iœci oculorum tuorum, vna emissione, vna vultu tui demissione triumphas. Quis enim adeo immanis (humilitatis, & modestia victoria, vrgeo verbis Nyssenianis in Ephraem Syrum, quæ vterque Granadi triumpho accommodari permittet) qui simul ac
verba eius, quovis melle dulciora gustaverit, non se mitem, amabilemque se omnino exhibeat? quis ab
homine alienis ita se tradit voluptatibus, quin vel modicis eius verbis auditis, retributionem illam,
quam pro acta ante vita accepturi sumus, in memoriam reducens, non lamentetur, ac lugeat?

Iam vero, que Iacobus in excernorū hominum ferri pectoris emollienda duricie, eadem in domesticorum defectibus, seu paleis religiosæ vita disiciendis vis inerat, sive ad clavum ille gubernandi Collegij, sive ad transtra, & proram gubernari federet. Omnes enim è nostris ad illius adspicuum, ne dum ad colloquium, vbique accendi se sentiunt, ut suas actiones ad exactam regularum observationem componant. Nulla erat in religiosis fratribus velle iuvencula stipula elationis, iactantie, vanæ cœfurbationis, immoderatoris rufi, imperantie, detractionis: nulla minus adstrictæ legibus obedientia, orationis, modestia, ad sacra altaria reverentia: nulla denique vel levior palea cuiusque alterius defens, aut imperfectionis, quæ ad Granadianum zephirum, totiusque devotionis, ac religiose observantie, quam leniter semper afflabat auram, loco moveri, & evanescere non videretur. Que quidem stipula: longius adhuc, & celerius ventilata divinitus ibant, cum præterea non minus crebras, quām ardenties de religiosis instituti virtutibus capessendis, & vitijs oppositis effugandis, faciebat ad frequenter conventum de more Societatis nostra, exhortationes. Quis enim eius de humilitate orationem (de Ephram exhortationibus scripsi) datus addit Nyssenus; ego de Granadi in frequenti religiosorum ecclœ voce fieri solitus audiens, non omnem de se assumptionem, sicut amque arrogantiam deponat, ac se omnium abie-
clissimum confiteatur? Quis quæ de charitate scripti, & docuit, attendens, non ita accendatur, vt ad quodcumque etiam subeundum periculum paratus non sit? quis illa, quibus virginitatem laudat, non se Deo calum corpore, animoque offerre contendat? Quis ea, quæ singulari cordis, & oris af-
fectu, & toto in devotissimam amoris flamman accenso conatu de sacra singuli astatur, aut que de Angelica puritate, ac veneratione ad eam celebrandam, sive succipiendam necessaria; & non se eisdem charitatis igniculis, ac devotionis in cœlestes dapes correptu facibus, inflammatumque sentiat? quid pluribus morer? vel uno verbo, scripto, præsen-
tia, conspectu, quadam veluti clave conversa, & aperto thesauro pieratis, vnumquemque sere pro sui captu, & indigentia ditabat. Erat quippe (subdit) illius omnino, liet vulnus non confisi-

Granadi adspic-
tus, & modestia
sepe plures alios
peccatores in of-
ficio continet.

S.Bernard. serm. 2.
de S. Victore Mar-
tyre, sub fin.

Nyssen. infra cit.

Idem Gr. nadi
adspicimus, & ver-
ba nostros ad re-
ligiosæ vita stu-
dium inflamant,

S.Nyssen. in encom.
S.Ephram. col. 6.

Varijs Patrum laudes Granado applicata.

conficeretur, tanquam divinitus salutifera quædam clavis divitem thesaurum recludens; & indigenitus necessaria suspeditans, adspicimusque Angelicus sufficiens erat, qui per se absque villa oratione, intuentes etiam igitur, & inhumano ad commiserationem commoveret. Tanta in eo conspiciebatur cum simplicitas, tum manutudo, tum probitas. Nullusque omnino reperiebatur impudenter, qui non ipsius inficiens, rubore quodam perfunderetur, atque verecundia, ac se ipso melior redderetur, atque modestior.

Quid vero, obsecro, mirum, quod tot, tamque salutiferos virtutum omnium fructus derivet ex se Dei dono Granad⁹, si re, & nomine præfert ab illo perpetuas emisiones maiorum punicorum cum ponitis reliquis virtutum; quas ut quadraginta, & eo amplius annos palam in eo quotidie suspiciens, nostra Beata congregatio vidit; earum ego hic numerum brevi peritringere nequeo? Quod si conarer, non puravim posse alio illis adaptatori, veriori, breviori itylo describere, quā illo Nysseniana orationis in funere magoi Meletij. Eum primum bene commorata cœlestis illa Ecclesia viram vidit; vidit faciem ad imaginem Dei verè formatam; vidit dilectionem, fontis modo scaturientem; vidit gratiam libris eius circumsum; animi demissionis summum gradum, post quem amplius quidquid cogit, ut non potest. Vidi magnitudinem, atque clementiam, qualis in Davide fuit; qualis in Salomone intelligentiæ; qualis in Samuele perfectionem; qualis in Iosipho continentiam; pudicitiamque: qualis in Daniele septentiam quemadmodum sanctus Elias Zelo fidei præditum: sicut sublimis Ioannes integritate corporis ornatum: sicut Paulus insuperabilis prædictum dilectione. Vide tu bonorum circa unam animam concursum: amore beato vulnerata est; casto, bonoque sponsum suum amore, atque benevolentia prosecuta dilexit. Hæc Nyssenus de Meletio; quæ de Granado, si suo proferas modo, vocem illam qualitatibus, qua Gregorius viritur, non aequalitatis, sed imitationis tantorum cœli procerū apellatione accipe, ut initio monui: quod pro reliquis autoritatib⁹ iterū monitū esto.

§. VI.

Magna Granadi humilitas.

**S. Nyss. in encōm.
S. Ephrem col. 6.**

Cæterum singillatim alias eius insigniū eluentes virtutes percurramus; & ab humiliitate omnium fundamento sumamus initium. Quid autem ipsius summisionem commemorem (commemoro verbis Nyssenianis) atque humilitatem; cum ipsa virtus p̄ssem cunctis eius, seu moribus, ac scriptis se singulariter ab eo suisse excultam quodammodo clamaret? Quando enim ad arrogantię, elationisque lapidem pes eius effudit? qui lachrymas lachrymas provocabat, accinserunt quam panem manducabat; & aspergebat, atque in ameno vita, ut sacer illa personant verba, pulcum cum fletu miscebat? quique ab omni vana, atque mundana abhorrens glorię, cum in hac adhuc peregrinaretur vita, se à quoque in se laudari animadverteret, agro animo serens, alacremque alijs colorē capitis, atque oculos in terram demittens, tenuiore subinde manabat sudore, altoque silentio, tanquam verecunda longiore præpediente corripiebatur? Que enim honestissima virgo ita ad iniustatos viri, quām Iacobus ad visitatos laudationis sua expauit, & pudore suffundente genas, altoque silento compresit affatus? quis vñquani miles gloriofus ita de se magna lubenter bellica iactavit, audivitque facinora; quām nollet sibi inglorius Iacobus vel tantulum minima laudis de sui ingenio, vel virtute vñquam ab aliquo prolatum, fortiter explosit? Quis ita celeriter, ac diligenter excusit manu igne correptam; quis flamman in veste conceperat, vel prunam ingentiam, ita incunctanter deiiecit, extinxit; quām Granados vel minimam aut laudationem sui, aut vituperationem, & detractionem alterius? Vtrumque enim, ut ardentem flammam, qua nutibus, & oculis; qua ore, & auribus; qua vultus declinatione, demissione, inflexione; qua brachiorum suorum vellicazione, clanculum, sed acriter facta; qua alijs hominis indignabundi indicijs, exsufflabat anhelus; tam sue depressionis, quām aliorum exaltationis anhelans: quod nec miri, nec novi multum haberet, si ipse aut inferior alijs esset; aut non sapientia, ac virtutis doce manifesta superior. Plurimum vero & novitatis, & admirationis præfert: quandò tot cœlestibus, humanisque donis eminebat: tantoque magis antecedet, ut alijs. Et adiuc se p̄ssem, seu data, sive que sita ab ipso occasione, dicitare solebat. ecce miseria, & indignitate plenū; omni honore indignum; nullius excellentis, aut mediocris dotis suffragio munitum. Hinc illud vere humilitatis indicium. Erat in Rector Collegij, cum posset, sine consilio egit nihil: quod in S. Malachia Episcopo agnoscit Bernardus: quodq; præclarū humilitatis in signe vocat, reliquaque virtutum gemmis mirifice ornari docet Basilius. Consulebat enim sapietiam tenuioris doce consilij, authoritatisque præditos, & suos sapientes discipulos: hos de rebus ad Theologiam; illos ad gubernationem, & rerum actiones alias: & sapientes illorum suo antefer-

**S. Bern. in vita S.
Malachia. c. 2.
S. Basil. in id Iustia cap. 1. consiliarios
tuos.**

S. Bened. in c. 3. fata
regule.

anteferebat iudicium, in suo praeclaro defixum retinebat id S. Beneditus: Ideo autem omnes ad consilium vocari diximus, quia se peccatori Dominus testificat, quod melius est. Quoties in consultationibus gravioribus eti magna iudicij maturitate, & rationum, atque autoritatu, siops erat, pondere suam sententiam proferebat; pars tam ea cum modestia, & demissione animi, ut quoties prior diceret, fatigatus se nihilominus aliorum sententias amplexurum; si posterior, & oppositum iudicans, se illas venerari quidem valde; tametsi prae iudicij imbecillitate sui, diversum sentiret; paratus adhuc solutione suarum rationum data mutare sententiam. Quoties publicè arguita Philosophica, vel Theologica promovet, bat è subfellijs, vel diluebat è cathedra, eadem humilitatis indice phrasi vtebatur: & illa etiam, se non arguendi, aut contendendi, sed rei ritè intelligendè gratia respödetes vrgere. Hinc illa eius in scheda ad perpetuam recordationem fixa, & altius in animo defixa, & exequitioni omnino mandata sententia: illud divinitus datum me tenet desiderium, firmumq; propositum, ut nibil pauperis admodum doctrinae tuguri, quod Deo dante possideo, patefaciat; etiam cum de litterarum studio, aut doctrina sermo incidat, opportunum asve laquendi, nisi. & tata spiritu: hispitiitas, aut eiusmodi aliorum interrogatio accedit, cui non respondere nefus sit.

Teites sunt omnia fere litteraria theatra, que in Bætica ex professo, alijs in provincijs Romanam vique ex cursu, de rebus Philosophicis, & Theologicis presertim arguētem videre Granadum. Fervebat sepe sepius scholarij exedra, audiuntium, & argumentū itipata-frequens; multorum sanguinis, pluriū dignitatis, reliquorum litteraturæ nobilitate prefulgens. Sedebat à longe Granadus, vultu, octilisque demissis, toto corporis habitu comprepresso, ilium sua auctilitate humiliitate strictius angustante, & ignorantis cuiusdam hominacionis pra se ferente speciem. Tam videre erat non semel, argumentari è pavimenti sellula quoq;dam; provehere argumentum alios è subfellijs; alios suggerere: propugnantem & ciro & abijs, & ab illis defendere se se; Praesidem è suggesto propugnatoris agere patet: vociferari, vt insolens non est; audientes plerosque; alios sibi vt iam argumentū promovere fas sit, quo iure, qua iniuria expolitulare: turbari theatrum promiscuo multitudo: nis mutmure, & replicationis copiam petentium clamore. At ille mutus, at ille elogiis tacere, magis ac magis complicari secum, & contrahi corpore, & animo, quasi prouersus indignum se se, qui audiatur, externo etiam illo documento demonstrans. Rogat illum, vt arguat, è cathedra Praes; rogant ex subfellijs Doctores; tota ex theatro nobilitas orat; & exorant. Tum ille serio: Ego omnium dicam, inquit, postremus; multo enim mibi gratius, & fru-
strans est omnes audire dicentes, ab omnibusque discere: at cogente tandem, & suspensi theatro, autitisque omnibus, dicit. Sed quanta, bone Deus, cum modestia dicit: quanta cum arimonia l quanta cum vi latens verbi doctrina, & exterius fere pro modestia magna, languente, sua tamen cum vivida energia dicendi l cuius disputationis exitis totius theatri plausus excipiebat semper: dubius quidem vtra plus, arguentis ne modestie, & humilitatis dignitas, an argumenti virium magnitudo eminuerit, at cum viriusque tamen ingé-
ti admiratione coniunctus. Quo adhuc in genere illud longe excellentius, & testata, & admirata est sapientiorum schola. Tametsi enim arguente Granado, non Praesides solū, sed propugnatores etiam thesiū, suas partes præclarè gerere solerent; at non raro illos argumentationis vi non minus modestie, quam vehementer vrgebat. Res ita habet: proponit, promovet Granadus acriter argumentum: expectat solutionem: mirantur docti acumen syllogismi, & non ita docit illorum plausum: singuli nutibus invicem exprimit sensa: sen-
tit interim propugnans se impagnantis aculeos: tergiversatur ad spiculum arguentis: vrgit Granadus tergiversationem: commoveri videatur adolescens, & ruboris iam signa conspicua dare. Reliqui adstantes, & asfidentes suspensi expectatione tenentur. At enim vero quid hic consilij sumat argumentans? an sua glorie, & plausus provehendi? absit. At uebationis respondentis præsentaneum reperit aylum sapientia, & mansuetudo Granadi. Suggester illi tacite, & opportunè verbum suū ipsius argumenti solutione gravidum: quod si illius quassata mentis gleba minus bene capiat, aut focundet in enodationem; ad-
huc iterato pleniori verbo solutionis explicationem, leni, brevi, ubique irrigaram imbre: proprijs argumenti iugulum petat; sed quasi vibrato ens respondentium manibus, totam illis adscribit dissolvendi nodi rationem: Reclit tu quidem (inquietus) & illo, atque illo tuo verbo continetur solutio: quod aliud agens eorum alter protulerat, nec retinere, aut in solutionem obiectonis porrigit venerat illis in mente; nisi ita in arguentis veniret modestiam, atque prudentiam; his verbis absolventis rei progressum: optimè responsum, & fatus

In litterarijs di-
cepitationib; at-
que theatris fa-
pietia, modestia
que Granadi tri-
rifice eluet.

S. Nazianz. orat. in Pentecost. sub medium.

Nicet. ibidem.

S. Ignat. Soc. Iesu fund. in reg. 28. cōmun.

satis, superque huic difficultati mea satisfactum est. Vbi re ipsa docet, & præstat id, quod Theologus per antonomasiam, acriter de Trinitate decerterat: Alio, inquit, itinere ad idem diversorum seruare veritatis. Non enim vitorum ambitus, sed ut fratres ad nos redeant, hoc est, recte Nicetas. Quod velut quidam viatores, per alia nomina, & verba, quasi per alias quandam orbitam, ad idem diversorum, atque hospitium veritatis inventa, & declaratae veritatis. Nec una nobis vitorum afflantur, ut i solent, quos amor sui præcipites egit: verum ut charitate prædicti fratres assumere cupimus, fidei unitate nobiscum coniunctus. Et quod S. Ignatius. Rationes modestie, & cum charitate afferantur, eo animo, ut sans veritati sit locutus, non ut in ea res superiores videantur. Atque hoc tandem modo Granadas dilectationi, & doctrina, humilitati sue coequalibat. At si in hinc ad doctiorum tum ex religiose, tum ex Ecclesiastica familia virorum, patrum, & sub missis inter se se, & interdum satis contentas voces admovet auditus, ita illi los exclamantes comperties: O virum non minus sanctum, quam doctum! O prestantis ramam mansuetudinem! O miram vincendi arte m, victum se potius, quam viatorem prebendo! O sapientiam humilitati, & mansuetudini sponte cedentem! O vigilem, & multo maiorem aliorum bone responsiones, quam argumentationis propria, & apud theatrum sui existimationis evadit! Sciebat crudele esse seire usque ad naufragium (ut fertur trito Proverbio) etiam litterati sermonis respondentium amicorum: proinde verbuli suggesta impetrabat circi sessori sedulae sua ipsorum tempestate modum; præcavet calum; vietabat conclusi respondentis naufragium. Quod quam sit magnum in scholastico mari, quam plenum pudoris, atque doloris; facieantur qui argumentationis irretiti laqueis, velet, nollet, pali sunt vultus proprij ruborem; amicorum demissione m, & dolorem; enarrorum risum: aliquum è turba alibi, sufferenti dedecus, quam referenti, & videnti insu- viatione m conclusionis narrationem. Neque vero minus arduum opus est arguentibus, vietiam vltro sibi manus porrigitem non inequui: cohærebit ultime replicationis, & conclusionis impetu: non laxare habenas plausi cepto, & latabundo: frater laudationis fruitionem in theatro præclaro sapientum: retundere literatorum plausum, & pensum pro meritis argumenti, & arguentis appensum: Dicat ingeniorum apex, & acutè argu- tient, & tunc respondentium de re Theologica princeps Augustinus. De contentionis sui, & dolo quid me attinet dicere: quando ista vita non in plebe, sed in nostro numero graviora sunt borum autem morborum mater superbia est, & humanae laudis aviditas; que etiam hypocrismus fa- ge generat: cui non resistitur, nisi crebris divinorum librorum tellimontis incutatur timor, & ob- ritas Dei; si tamen ille, qui hoc agit, se ipsum præbeat patientiæ, atque humiliatis exemplum; minus sibi sumat ab ijs, qui se honorant. Statim: Magnum est de honoribus, & laudibus hominum non letari. Denique: Itaque ista, que tecum consero, mihi dico: dignaris tamen, credo, mecum considerare, quæ sint gracia, quam difficilia. Non enim huius hostis vires senti nisi qui ei bellum indixerit; quia tibi cuiquam facile est lande carere, dum denegatur; difficile est ea non electari, cum offeratur. Et vero quid tu Granade, Theologorum huius artatis nulli tecum, hoc facinore, alijsque id genus & dictis, & factis, de te dici à nobis verè permittas sapientiam, & admirari sumus, hominem in medijs sui vituperijs, vel despectionibus leta, & gratante; in laudationibus verò trifili, indignabunda laudentibus, & minabunda fronte conspicuum. Adèo si uerat contemptor: adèo se reputans laudis indignum, & vituperationis dignum: adèo omnima aliorum præ se estimator: adèo totius illorum bonę existimationis, & laudis amator, & tu- tor egregi. Tametsi veller, nollet, eruditioñis gloriam declinans, adhuc eruditissimus habeatur; ut recte de Nepotiano Hieronymus in epitaphio. Cui non magis belle, quam Granado illa Doctoris sancti verba concinunt. Sermo eius de Scripturis aliiquid proponit: li- benter audire, & respondere verecundie, recta suscipere, prava non acriter confutare, disputantem cōtra se magis docere, quam vincere; & ingenuo pudore, qui ornabat etatem, quid, cuius esset, simili- citer confiteri. Atque in hunc modum eruditioñis gloriam declinando, eruditissimus habeatur.

Verum vrgeat nos hic quispiam: esto id, servente Marte, & ne favore videatur, hand bel- lacis natura homo, præster. Quid verò nam refrigerat agat? num, ut de more multorum est, sui obiecti teli vim, & patientis imbecillitatem narrat, reficit? num Discipulis, vel a- micis per otium historiam coram referentibus annuit, connivit, latatur? minimè gen- tium; quinimo gravi vultu confabulationem cohober, respondentes excusat, lantat, & sui folius despector suscipit absentes, atque officij moner præsentis. Denique haud facile re- periatur vllus sua magis gloria; laudisque innians, quam Granadas respiens: vllus plus fuę infector iaſtantissimus, & aliena persecutor, quam ille ē cōversus proprię debellator, aliena conservat or humillimus.

At inquit,

S. August. epist.

64. ad Aurelium

Episcopū, post med.

tom. 2.

S. Hierony. tom. 1.

epist. 3.

At instet alius: Insolens non est absente pax bello. Quid cum aperto Marte, lingue, calami, typorum, & verborum aculeis, pilisque rectâ concortis, & nominatim explosis appetitur doctrina Granadi? & sêpe etiâ de nimia istyli brevitate accusatur? non cōmōvetur? non vim vi retundit aculeorū non par pari dicitorū refert, itâ præsentim sui pro parte veritate, atque victoria? Ne tantulum quidē sed tunc vel maximè receptui canit, & tanquam invisi in orboris adamas, tantâ præ se fert patieadi vim, quantâ minime sentiendi potestat. Testes sunt oames libri Granadi excusis typis: testes sapientis viri omnes voces è cathedra, & subsellijs in secreto, & in publico date: testis scriptorum veritas, ac novitast quæ tellimonia orbem Christianum, quantus quantus est, per volitant vniuersum. Vbi nec Helius ipse verbum lynceis licet perquisitus oculis inveniat, quod recalcitret, quod mordet, quod fugit, aut leviter vilium pungat amulorū; aut non honore, & reverentia contrarium sibi prosequatur scriptum. Nimis itabat semper à ventis placidum Granadi pectoris æquor, mira aquilabilite, sive inter disfices vituperationum, & indignantes Notos, sive inter lenis laudis Zephirus stagnans, nullaque (divina favente gratia) possit videbatur impelli, neque tantulum turbari procella; mente ex alta deiecta humilitatis specula, laudum prospicante scopulos, & declinante pericula. Ibi tanta in Deum suspenso ne defixus herebat, quâta defixos nos esse in certaminibus de re litteraria iubet Augustinus, dum post superiori memorata verba, subiungit: Et tamen tanta mentis in Deum debet esse suspensio, vt si nos merito laudemur, corrigamus eos, quos possumusque arbitrentur, aut in nobis esse, quod non est, aut nostrum esse, quod Dei est. Si autem merito laudemur, propter Deum gratularemur eis, quibus placet verum bonum: nos tamen nobis, quia placemus hominibus: sed si coram Deo tales sumus, quales nos esse credunt, & non tribuitur nobis, sed Deo, cuius dona sunt omnia, quæ verè, merito, laudentur. Hec mihi ipse canto quotidie, (& cantabat eadem tibi Granadus) vel potius ille, cuius salutaria precepta sunt quecumque sive in divinis lessionibus inveniuntur, sive quæ intrinsecus animo suggestur: Tamen vehementer cum adversario dimicans, sêpe ab eo vulnera capio, cu[m] delectationem oblatæ laudis mibi auferre non possum. Mitto, ut tritam, hic Bernardi sententiam.

Denique qui laudes suis etiâ meritis debitam ita pertulit fuit; quâto magis ab ambitionis, & præsumptionis vel leví vestigio abhorres fuerit in quâto magis ab illarum filia, honorum, quæ animi peste immunit, quæ est, tâ coelestis dona, cæutiédo, amittere, quâ humana incohessa, vigilâter captare: vt recte Chrysologus: Omambito, inquit, quâ cœca semper! O quam semper præsumptio pessima! O quam perdit concessa! quam inconcessa capta! Et Seneca: O superbia magna fortunæ! O statuimus malit! vt à te nihil accipere invias! vt omne beneficium in iniuriam vertis! vt te omnia dedecet! Quid dicâ de cogitationibus alijs, quæ humilitatis novitatem sunt? num ille inanis gloriose bullâ scelatus blâde, aut non infelatus est in quaquam villi humiliatur? Villus rigidior confert: villus detractus, aut detractori conivis? villus tacito cogitationis cōvitio verberâs, aut irridens? risus, aut inanii verboi effusor? villus gloria invidens? Profecto si humilitatis, & sarelliū eius areolam Granadianâ brevi describere veglis, & eius tumulo spargere; nihil aliud, quam ex piissimi monachi demortui horto integrâge, & transfer hoc defluentium aromatum aream: quâ sic Victorinus Richardus describit. Cuiusqâ monachi horum ita perflabat anser, vt de eo fluarent hac aromata. Erat enim verè mitis, & humilis corde: ita intus suo in diecio se vîlē, ac nihil reputâs, sicut se foris propter Deum humiliabat. Indicabat enim se in quânullius virilitatis hominum paci in domo Dei. Qui cù ceteris florenter virtutibz, gratia tamen mansuetudinis specialiter obtinebat. Adeò circuifum fuit os eius, vt nûquâ ex ore ei⁹ sonus detractionis, scurrilitatis verbū, sermo inanis gloria, invisa vox audit a fieret: non alios indicare, aut iudicâcibz conscientire deprehensus est. In initia non solum loqui carit, imo talia quicunque loquebatur, ab eo timuit. Equidē fateor ingenuus ut scepse lepus eiusmodi quidpiâ loqui aggrediente, solo illius conspectu revocatu, ab incepto dectus. Inter ridetēs post⁹, ne onerosus fieret, hilare se exhibebat; sed risum integrum nō admissum. Si quidā ad consiliū aliquius negoti⁹ causa vocaretur (ab externis primarij viris) triflris persverebat, & nubilus, donec fratrū cōsortio rediretur. Deniq; his omnibus propria deiectionis, & humilitatis actionibus, idē etiâ tuc cœlesti premiū respödebat; quod se S. Paulus humilitate Hieronym⁹ celebrat, quanto se (inquietus) plus deiiciens, tāto in quis à Christo sublevatur. Latebat, & nō latebat, sanguis gloriæ, gloriarum mercatur, quæ virtutē quæ si umbra sequitur, & appetitores sui defers, appetit contempentes. O bone artes, talis contrariotū coningij paranimphi, quo tâ secunda humilitatis, cæteraque virtutū proles generatur! Scivit enim ille (mutuor Ennodij verba de S. Antonie; & de Granado per adaptationem hand mutet loquatur) sic per labores varijs aiciplinarum lineamenta scelari, vt nunquam assumeret arrogantium de labore. & cum omnia essent digna praecognit, quæ gerebat,

S. August. epist. 64
ad Aurelium Episcopum, 2. post med.

S. Bern. serm. 13. in Cant. col. 3.

S. Chrys. serm. 152.
Seneca lib. 2. de be neficio. c. 13.

Rich. Viss. in id Cætiv. 4. p. 2. c. 31. se.

S. Hier. 10. 1. epist. 27. de obitu S. Iusti pag. 2.

B. Ennod. de vita S. Anton. Abb. niz post med.

22
generat, disp̄edium virtutis credidit fuisse laudatum. Sic totū de ciūs actibus opinionis luce radiabat, ut nūil praeberetur ostētui.

Tertul. de patētia lib. 8.c.10.

S.Nyss. in encomio S.Ephrām. col. 7.

Religiosa pauperatis in Granado studium singularare.

Confit. Societ. Iesu p. 6.c. 2. §. 1.

Confit. p. 10. §. 5.

Iam verō qui tanta profunda humilitatis, ac modestia documēta dedit; qui fieri potest, ut non dederit & obliionis iniuriatum, & invidētia, quē in illū nō semel, vt in alios præ excellentes viros, impetum fecerunt? alta enim mente id Tertulliani retinebat: *Quem autem honorem habimus Domino Deo, si nobis arbitrium defensionis arrogamus?* Atque ita quidē altē, & solide iacto humilitatis fundamēto, reliqua omnes virtutes in Granado strenue cōfurgūt; de quo id generatim dicere audeo, quod de S. Ephrāmo Nyssentis: *Nūllū sicut virtutē genus, à veteribus excusū est, in quo hic etiā non excelluit.* Mox r̄ in seīer vir ille admiratio- ne dignus in eā incubuit curā, vt perfectū, ab solutūque cuiusque generi virtutū choru possideret: ac quibus reliqui singulis antecelluerunt, ea cuncta ipse assequeretur. Sed præfertim præ ceteris conspicui cōcendūt in religiosa Granadi vita adiutoria, paupertatis, caritatis, obediētia, & abstinentia, macerationis corporis, patientie, atque erēcte in Deū spei, fiduciaeque muri: fini gitorum narrationē, & laudes paucis perstringo. Tā aliae radices egit in animo Iacobi illa S. Fundatoris sui Ignati sententia: *Paupertas vt murus religionis firmus diligenda, & in sua puritate conservanda est, quātū, divina gratia adspirante, fieri poterit.* Et alibi: *Paupertas velut pro- pugnacūlū est religiosis, ut eas in suo statu, ac disciplina conservet: vt ad eius in se, in alijsque nostrorū hominū tuendum decorē vires omnes intenderit.* Rudi in primis ipse trita, ac lacra vele vti gaudent: non libroru, aut codicū copia, non iconū pulchritudine, non scri- niōrum apparatu, non tabulz depic̄ia, nec alterius supellestis specie vñquā, sed vili, & pau- perū propria sarcinula, reliquis reliqui solita eius cubile semper ornatum videas: & adēdō pauperis veluti tugurij sedē, vt numerare pecus supellestis tā facile fuerit; quām diffi- cile reperiri quicquā in moribundi Reētoris cella, & arcula, quod aliqui nostrorū, vt filio, tā- tique Patris annumerari possit hæredi. Quod inter præclaras S. Paulæ virtutes, omnes, ait Hiero. *suos, pauperes pauperior ipſa dimisit.* Neque miraberis in tā eruditū de universa Theo- logia scriptoriū cubili tantā librotum paucitatē, si id Seneca attendas: *Onerat discentem turba, non instruit: multoq̄e stutus est paucus te auctoribus tradere, quām errare per multos.* Paulo post: *Multitudinē illorū nō in studiū, sed in spēculū cōparavoreant, sicut plerisque ignarīs etiā ser- viliā litterarū libri, nō studiorū instrumēta, sed cœnatiōnū ornamentiā sunt.* Pareatur itaq; liberū quā- tum sati es, nūbil in apparatu. In publicis, five comitijs Provincialibus, five exhortationibus ad religiosum cœtū, five in privatissimis cōsultationibus, aut colloquijs, religiosam paupertatē & acriter restringere, & valde cōmēdere, subditus, & superior cum erat, solitus fuit. Ne ullus sibi subditorū in Collegijs aliquid itipis, etiā de sui, aut alterius superioris licentia, à parentibus, cognatis, vel amicis corrogaret, aut ab illis vltro oblatū acciperet, ad trā- scribēdos, cōpaginandos, coemendosve codices, aut id genus alia, & vel hac ratione tātu- lū videretur infringi: perfectionis paupertas, & obleviātia mādāt, quo Generales so- cieratis, eismodo quidpiā ab externis petere, vel accipere Collegiorū habitatoribus in- terdicūt: habebat ille nūmulos in arcula ex eleemosynis, aut redditibus Collegiorū affer- vatos: quos libēti, liberali, petitionēque ante veritētē manu, ad illa minoris momēti subsi- dia studiorū coemēda singulis donaret. Si quādo excipiēdus erat domestico, vel suburbano cōvivio Magnatū facultariū, vel Ecclesiasticorū aliquis, frugale, & religiosam mensam illi ministrādā, & serio iubebat, ac sedulū curabat: sancta paupertatis, quām eius, quā vul- gō appellatur, vrbaniatis, & liberalitatis studiosior; parciorque magnorū cōvivarū, quām religiosę paupertatis cultor videri cupiens. Morti proximus de pleuritidis telo Iethali, cū tres quotidiē, quatuorve medicos se invientes, & de sui curatione laborantes vidislet; pro singulari sui demissione, & despiciētia, indignatus paupertatis, & humilitatis religiosa dispendium, præfente cū nostrorū alijs, & medicis, Collegij Ministro: ecquid iſtud rei, & me- dicorum, inquit, est? r̄bi cura religiosa paupertatis, & tenuitatis? satis superq; pauperculē mee per- sonē, valetudinē medendā vnicus ipse communis Collegij medicus sit: abſcedant reliqui. Quod etsi hand obtinuit, meritum tamē sua devotionis, & desiderij, publica que edificationis non perdidit. Denique tam exigua fuit Granadi religiosa paupertas; vt non iniuria iſtū illius esse, & hac similitudinis ratione aliqua, hīc de eo id dici posse videatur, quod de S. Ephrāmo Nyssentis: *Paupertatem porrō, inquit, tantam servabat; quantam vel sanctis ipſis audis- fuisse Apolostolis.* Quā proper ſi quis eūm paupertatis colementum exemplar appellaverit, haud quām à veritate aberrari. Quod abſque æqualitatis trutina ponderabis.

Abstinentiam, ac temperantia & sui ipſarū, & paupertatis amore rigidius tenuit, quā- ut viri ægra plurimū, & affecta valetudo, & pene exhausta, & orationis, studiorumque

cont.

S.Nyss. in encomio S.Ephrām.col. 5.

Insignis illi^o ab- stinentia, corpo- risq; maceratio,

consequens labor, atque humanae vires, divinis peculiariter non sufficiuntur, tolerare possent. Si quando solerentibus Paschalum diebus, de piorum virorum elemosyna aliquid deliciatoris escerent, co nimoni religiosa triclinij mente adderetur, illud ne primoribus quidem labris gustabat, vili, parabili, & vistato cibo contentus, eo que modicissimo visitabat semper. Sale, pyper, finapi, acore, aliore ciborum condimenta, ne gula irritantem dicat, vtebaratur nunquam: frigidiori licet stomacho, & sepe nauseabundo langueret. Tanta abstinentia causam, post mensam non semel rogantibus nil aliud responsi dabant, quā debilitatis solita stomachi, qua verē laborabat, prætexere velū huic insolita alijs abstinencia, de qua multo magis laborabat. Quid plura? Ipsum quidem corpus inedia, atque abstinentia dominum ita cœficerat, ratione quasi Domine obtemperans, non magis, quā si emortuū esset, voluptatis ullū sensum habueret. Tantū de Granadi abstinentia, & macis ego; quantu[m] de S. Ephrem Nyssenus iure prouinciat, sic ut de illius rā exhausti corporis vigiliis, quā invicti animi robore ad labores pro animalium salutē exanthematis. Cumque ad ea, que non dedecet obvendit immobile, languescit, illis tanet, quae animarū conferunt salutē, perficiendis, robore pressū ibat. Quid quidem noctes quiete, somniorum simulachris, atque imaginibus sepe decipientes, ei virtutis, ac pietatis cursu in villa interrupabantur: nam quem aggrederent excepterant fibrium, eundem (modico pralibato somno) recedentes vigilanter relinquebant. Illudque sedulō curantur, ne manus Principis illius ipsius somno oppressum deprebenderent. Tamen vero tēporis quieti tribuebat, quantū vita degenda necessarium ducebatur, ne naturali penitus sublatā vicissitudine, caro violentia, dissolutionēque fulineret. Quid de alijs extenuati corporis macerationibus dicā? Quā corporis eius ciliatio tristū sit? quā lurida ictus ora portaverit? quā crebris, & immitibus flagrorū se derberationibus cederet? quā distincta in cubili, in choro, in tēplo, in facellis, & fixa genuflexione & corp[us] pariter affligeret? Numne fleceret? Tēpus me profecto desiceret, si hac minutatim expēdere vellet: uno verbo dicā, vitā Granadi perpetua esse omnium corporis sensu mortificationē, & cruciatū. Quē sitā leverū sublatā subditus, cū superioris sibi castigationū corporis modū reperātis, & prescribētis, patiebatur imperiū; quāle fuisse existimat, dī Reectorē ageret, & sui iuris? Pro bello, quod suo corpori crudele indixerat nullas corpori vexando, nullas animo relaxando cōcedebat inducias. Adeo tunc in se crudeli sevierat, vt aliquem in nostris hac in re sibi superiorē, à Provinciali cauto, & impositū habere necesse fuerit: cui ille sui cōfueti ictus, vigilia, flagellationis, macerationis, & pénitētis rationē cibro redderet; ab eoque sibi praescriptū modū servaret. Illi tamen, et si reluctante castigationis propriū studio; ac vincente illud, aliena obedientia, cuius studiosissimus erat, amore parebat.

At interim dum sibi ea de re præcipientis, seruum audit mādatum: quot illum precibus rogat? quo rationibus vrget, sibi ut se plus aperitis, vigiliari, & pénitentia infligere sinat? quā narrabat illi propterros sue valetudinis evētus, quorū olim asperiori, & horridiori vita genere periculū fecerit? quo illi persuadeat, sibi ut etiā nūc à se idem periculum fieri permitat; pollicitus, Deo dāre, fore, vt citra valetudinis dispensū evadat. Hisce me sepe felicitati divinis, Granade amatisime, artibus, hisce me spiritualibus technis cepisti; hisce ab ardente amore virtutū callidè fabricatis dolis circūvenisti me, vt tua devotioni laxatē habendas, & interdicta tibi pénitentia repugna frangeret: cū olim in Hispanitano, & Granateni Collegijs te subditū eius mei gereres hominum, qui te superiorē in omnibus novi, semper nolco, & fateor ingenuē. Quis enim tam pīj, doctique hominis, & amici, superios cōstētatis, & in obsecrationis sua impetracionē invocatis importunis precibus, resistere posset? quis non conuenerit rāto viro se genibus provolventi, in suspiria solvēti, supplices ad Deū, & ad indignissimū me manus tendēti, & in eas voces cū lachrymis multas protrumpenti? Hęc me miserū! quo nā modo offenso Numini, pro magnis meis criminibus faciam fācis? quomodo placatum, propitiisque mibi reddī: si ab adversa mea valetudine, mēlius dicā ab emore cōmoditatis mea scū fieri & tibi, & mibi cū videā, & pénitētia sacre preciū, & coronā mibi de mīnibus subripi dōleā: adhuc à te, o Pater, nihil mibi remediū, quā tuā enīx per me implorati, eorū

§. VII.

Sed si inter tales, tantaque virtutes cōfisi: tem in illa (de Paula in eius epitaphio Hieronim⁹, & ex illo mutuatus ego de Granado loquor) voluero prædicare, superflū videar: qua ita: fēgeſit, vt nunquam illa citiam maledicorum quicquam anderet summa configere. Adhuc tamē panca de illibato illius pudoris pralibō. Atque hoc quidem armorum cōstitutum genere, & perpetua abnegatione sensuum, quā tuā semper exierit virtus purissima castitatis Granadi,

S. Nyss. vbi supr. i.

S. Hier. in ep̄l. C.
P. 111. 2.

Granadi castitas nadi, coniectari cuique pervium est; mihi verò illam tacitè venerari, & admirari; quā verbis commendare, aut singulares illius indices eventus enarrare satius erit. Vereor enim, si de illius pudicitia verba facere audeam, illibati floris candorem vel solo spiru meo infuscem. Quid enim illo castius? quid purius? Nihil illo hac in re modestius, circūspectius, rigidius, severius, vigilans fuit. Si quando alloquēdi fœminas spirituales virgebato, minē necessitas, fixis telluri oculis, paucis, gravibusque verbis, & serijs negotiū expeditabat: ægrotus in lecto iacens, etiam extrema vita aœla iactatus, ne minimā quidem brachij partem, aut pedum digitum nudū, cuiusque oculis vel leviter, perinde ac pudicitia ipsam, prælibari vñquam permisit. Agendi de castitate servāda, cum se se dabant occasio, sive privatim in colloquijs, sive in exhortationibus publicis, ardenti castissimi pectoris conatu dicebat. In oppositi virij quantumvis leves fibras, & anlas acervis inhebebat. Taceo reliqua; duo tantummodo addo, vnum, quod superiū me attigisse memini. Fama est, & tot virtutum, donorumque Dei copia, ut fideli obſide firmata, illum ut animā, ita & corpore illibatum virginitatis florem servasse, & è terrestri ad celestem Paradisum, inferendum transtulisse. Alterum est, quod tanta hominis puritati, & totius pudoris Parentis B. Virginis devotioni acceptum refero, singulare beneficium illud, divina virgula suppeditatum retinuisse, vt Granadi vultus Virginem Deiparā vultum in ea diviniori dote imitaretur; vt lascivorum aliqui hominum se intuentum oculos, ac mente castitate consernatos, donatosque redderet. Quare non iniuria, de illo id breve elogium, quod de S. Epiphano Ennodius, addere possum: *De pudicitia (Granadi) mei quid dicam? in quo domum fibi statuerat castitas, & continentia radices fixerat in profundum. Virum se esse, nisi per laboris patieniam, ignorabat; carnem habere, nisi cum moriturum se esse memoraret, nesciebat.*

B. Ennod. Ticinēs.
in vita S. Epiphani.
aliquando post med.

Et bene re vera fabricata est castitas in Granado domum altis fundamentis humilitatis nixam; vt inde nullis diionis cōvelli iaculis, aut turbinibus positis: iacularetur & ipsa certato iœtu casti sagittas amoris; non modo, vt superiū memoravit oratio, de conspicuis oculorum, oris, vultusque turribus; sed de penetralibus etiam domus Granadiana memoria. Pervagata enim fama est, viros aliqui magnos, cum vehementius suam castitatem igitur Dæmonis futris concuti animadverterent; non aliud efficacius antidotum Veneris inventisse veneno, quam Granadi oris, modestia, pudorisque memoria. Ut verè fuisse videatur memoria Granadi inflar Ioseph in compositione odoris facta opus pigmētarij. Cuius ope illi Circe, quā pene ebiberant, malè medicata pocula soporent, & vi bene medicantis Granadi memoria, irrito tabis iœtu, penitus evomerent. Rem non minus dulcē, quam mirā in Granadi laudē, narrasse fertur P. Jacobus Ruyz pietatis, atque sapientia incomparabile columnen, morti vicinus cū esset Hispali, statim atque eō Granadi obitus triste nunciu pervenire; addidisseque se ab ipsis gravioris nota viris, quibus id cōrigit, audivisse. Neq; minus belū cōtinēta impudicitia aliorū debellatrix in Granadi Paradiſo radices fixerat in profundū, secundum phrasim Ennodij: nimirū vt medicā virtutis esset herba longē potentior eo frutice, quem moly veteres vocant, nigra radice, & flore candido insignē, & invētu diffīlē, præsentanēque antidotū medicata in pocula Circēs. Castitatis enim Granadi illibati moly, de humilitate profundus, de pœnitentiā horrore niger, deque nitore puritatis candidus, vel ad solā recordationē, & odorem admotus impigre medicatur libidinis morbo non minus molli, quam verius duro, diroque veneno; tuique resina, seu cera cœlestis favi linit periclitantium in tentationum mari aures, mētem foveat, vt Circe carmina debilitēt, vincantque, Deo iuvante, incolumes, vtque dulces, & immites cantilenas enervent; & luxuria scopolos prætervehant illas.

Homerus Odyssæ.
Apulej lib. de vi-
ribus hervarum. c.
48.
Alciat. emblemata.
181. & ibi Minois.

At enim qui fieri potest, vt castus amor mentē, quā possidet, hominis ita hebet; vt se hominē esse, nisi per laboris patientiā; seque carne habere, nisi per mortis recordationem, ex Ennodij sententia, neque agnoscerē? Rechè quidem: tātē videlicet molis est casti vis amoris, vt binas impuri artes, laboris fugam, & longam mortis oblivionē infusat: & casti pectoris mentē, quasi de suo naturali turbet statu; & ad blanditiarum omnes sensus stupidam; ad solam laboris, & pœnitentiā tolerantiam, mortisque præsentem memoriam, reddit vivacem, & alacrem: vt vel sic sui iuris, ac memor non sit, sed illius. solummodo casti, summique boni, pro quo & suprema hic pati, & dissoluī, & esse cum eo cupit epixē; quippe cuius folius vt in celo, ita in solo contemplatione castissima, ac dilectione dignitur. Memor fortasse id dixit Ennodius illius Areopagitæ sententia. *Dimovet de flatu di-
vinus amor, nec suos esse amantes patitur, sed eorum, que amant.* Cuius litteris exarata, &

veluti emortua sententia animam, suis & corporis, & cordis spirante in sensibus, vivida-
que omnino pra se ferre videbatur Granadus; nec non & obiectivam, vt. Theologiloquū-
tur, definitionem illius formalis definitionis; qua eundem in amore in idem alibi Dionysius
describitur. *Divinus amor, inquiens, appetitus est castus*, & omnique perturbatione carentis contem-
plationis; ac sempiterna, & que sola ratione intelligitur, cum puro illo, summoque splendori, pulchri-
tudineque, atque specie omnis erroris experit, & pulchritudinis efficitrice, societas. Quem statim
vocarationis, ac sensus proprii vacuitatem, ac privationem. Fortis sanctus magoges amoris amot
(vt ille alter exclamat) quinquo & validus magnes amoris, vel ipsum amoris nomen, at-
que memoria; que non modo duras alioqui virorum illorum mentes ad Granadi imita-
tionem, & casti amorisatrahebat exemplum; verum etiam mea ferre regemtis, & frigidæ
orationis, ita ad se se calybam traxit in presentia; vr de statu morta suo, de calitatis lauda-
tione, ad divini amoris, ac contemplationis, quibus eniit Granadus, narrationem, iusti
temporis, & ordinis gradibus anteveris inopinata conseedenter. Descendat ergo ad in-
feriores alias virtutes, quas versabat, ex earumque campo celerius decurrat oratio. Sed
heu quid istud est commotionis? quid impetus in diversa? quid nova aliò tractionis, quā
repente hic sermo perficitur ab odore, & efficacitate malograni, & emissionibus, veluti
alterius magnetis vi attractus, ad illa Nysseni prædictis de cattitate boni Granadi verbis
attexenda revocatur. In id Cantic. *Sicut fragmen malii punici genetive*: in quibus situs est, ac
regnant pudor virginineus, & altius ex communibz huius interpretatione loci resurgens: *Pomu*
istud constringendi vim habet, & solo adspexit recreandis si quis eo non viscatur. *Constringit*
enim, & nutrit eorum, que sru suos continet, granorum suavitatem. Sic dura continentium, & ieu-
nij consolat vita, pudicitia custos est fideli sima. In suo scilicet, & alienis peccatoribus, vel solā
adspexit sui recordatione perculsus: *Huius enim viri vel sola recordatio sanctitate animum im-*
buit. Ut de S. Cypriano loquitur Nazianzenus. *Preminebat enim censuram mentis in corpore, &*
iracundia, quam contra culpas anima eius suscepit, facies insueta pingebat. Videres adversus fla-
gitia mundana torvos oculos, & indeoffs contra seculi blanditiis Christi militem bella tractare.
Vt Ennodij de S. Anto. verbis. *O vere laudabilis (addit Rupertus) verecunda: rbi & intus*
conscientia munda, & foris est facies verecunda. Addo: & quos intus, aut foris inverecundos
offendit, vel iola sui adipiscientia, vel memoria reddit vtrimeque verecundos.

Vix tantulum deferunt illorum Canticorum, & Nysseni, atque Ruperti ad se allicientiū
vis; cum subito retrosum ad se se rapit orationem inundantis dulcedinis impetus, è Iosia
memoria, igne, & melle exhalatus. An non enim huic Granadi non minus potenti virtuti,
quam Historia suavi aptam, atque connexam di imitatione Iosia corollam adduat Iosia
nomen, omenque felicis? illud namque ex Hebreæ vocis ethymo, *ignis Domini est*: illud,
memoria Iosia instar mellis, quod hominum ora, ac mentes mira dulcedine inebriat; sce-
lerum tabo exxit, ac mundat; penitentiaque salutifera imbuat. Id certè facer textus, vt
favus protinus subdit, & exprimit. *In omni ore quasi mel inducabitur eius memoria*. Ipse est di-
rectus divinus in penitentiam gentis, & tulit abominationes impietatis, & gubernavit ad Domi-
num cor suum, & in diebus peccatorum corroboravit pietatem. Idem, Deo iuvante, in plenisque
Hispania gentis perfecit Granadus. Etenim ille ignis de Ignatiana Domini, qui *ignis con-*
sumens est, fornace, atque memoria bene succensus Granadus; melque id, quod Deipara
(cui ille devotissimus famulus) pia Mater apis construxit, in sua mellita alvi alveolis sti-
pans; & ab eadem cum malograni granorum, reliquarumque virtutum succo nectare
scitè temperatum, ac mihi est. Quas non extrahat iude, quas non possideat, atque ex-
plicet suavitatis, & efficacitatis vires? quid dulcius in omnium, Boetia provinciæ pre-
fertim, ore nostrorum per id atatis, inter corporatis oculis obversantia virtutis exempla?
quid potentius, Deo auspice, ad pietatis studium inflammandum, quam illius, sive vita
functi, sive fungentis, shavissima memoria? Ignis divinus eius pectori exstiens, ethnei
Vulcani scelerum pabulum in plenisque peccatoribus absunit, & flammam, longè licet, la-
rèque vagantem, & in miserorum strage debacchentem. Mel eius lingua, ac recordatione
dulcedinis vires exercens, fallacem illum quidem, & ementitum perinde voluptratis dulco-
rem, sed vivacem Orco, & medullarum cordis edacem amaritatem obtudit; damnaque in-
gentia reparat: qua sauciis, vel alter vates cōqueritur: *Que dulcem, inquiens, damnis misit*
amaritatem. O quam adunguent fabricata sunt hic illa tibi verba, Granade, que Antifliti ma-
ximo Ticinensi affabre dolavit Ennodius. *Ad te venera de mihi Antifliti*, sermo est, cui in meri-
torum testimonio virtus caput a vocabulo. Te inter secreta penetralium quasi testem metuant, qui
fecerat.

Idem de celesti Hie
rarch. cap. 2. p. 83
med.

Cant. 6. v. 7.

S. Nyss. ibidem.

S. Nazianz. orat.
in laudem. S. Cypr.
col. 3.

B. Enno. de S. Anto.
vita ad med.

B. Ennod. orat. ad
Antifliti Maximis

peccare disponunt nascentibus culpis metus, & reverentia tua negat effectum. Qui inter exordium occurrit ritujs, & occasionem Lapsus adimit, & concupiscentia purgat authorem.

S. VIII.

Obedientia vir-
t^e excellit in Gra-
nado.

Ohe hic sat sit, precor, reciprocantis impetus; sat violēta, dulcisque tractionis in diversa, ad unum iridem licet scopum collimantis; complico ventis impellentibus, & voto ve- la; lenique velitatione quadam redeo ad institutum aliarum virtutum cursum: quarum quae sequitur inter religiosę vitę morales virtutes princeps obedientia principiantur in Granadi pectore obtinuit. Nec immerito: quippe semper aquo decurrat gressu duplex obedientia; & illa, qua caro rationi; & hæc, qua ratio Deo, & homini vices illius gerenti obtemperans est. Granadus itaque vel ab ipsis sui in tyrocinio religiosa vita: nascentis in canubibus ad usque extremum huius lucis usura momentum, obsequenterissimus fuit, & obedientie exemplar singulare. Etsi nulla Societas nostra constitutionum, ac regulari, præter eas, quæ vota religiosa prescribunt, ad peccati, etiam veniali, reatum adstringat: ita tamen eorum omnium religiosus, ac tenax observator, & obediens cultor Granadus extitit; vt nullam, vel minimam, vnamquam violasse, vlli nostrorum visus fuerit. Ego equide re dio, multumque mecum agitata, ita existimo, & pronuncio, id quod de plerique graves è nostris, & externis hominibus constanter statuum: etsi quotidiano multorum annorum convictu, illius conspectu vni fuimus; nunquam tamen vidimus Granadum, vel levavi veniali peccato, vel fratriioni regula animadvertentem succubuisse: Neque vero dico non succubuisse; admisit enim imperfectiones, & venialia saltem de surreptione peccata; cū septies in die cadit iustus: sed illis succubentem, aut animadverterent, admittentem, numquam à nobis, vel attente observantibus, vsum fuisse. Sæpius illum audiui ita loquenter etiam de minutioribus rebus: Regula est; Ordinatio superiorum est; id satis, superque mibi est in religione praesertim Societatis, ubi ita viridis, & nitida fulget observantia, vt mibi religioni, pugnatique scrupulo sit, si illam aut frangam, aut aliquo labefactatum modo reddam. Haferat enim medullitus cordi; & ore, ac re frequenter eruat verbum id singulare Bernardi: Quo niti diores manus (religiosorum) è gravius quaque minor ijs nervus offendit; & sicut pretiosum vestem exigua quevis macula turpissima decolorat. Nobis ad immunditiam minima qualibet inobedientia sufficit. Nec iam nervus est, sed gravis macula, si in actionibus nostris vel minorum residet negligientia mandatorum. Multa, que afferi hic possent eius obedientia confirmandæ suffragia, & argumenta, ad vnius, aut alterius brevioris narrationis, etiæ augustioris, angusta freta constringo. Rector S. Hermenegildi Hispalensis Collegij, ac proinde sui juris, cum esset, & Procurator designatus Romanam tenderet; ne tunc in lui corporis maceratione licetiori se fieri, datus est à Patre Provinciali in subditu vni Coadiutori de nostris, itineris Romani comiti; cuius nutui pareret in omnibus, que ad singulas innendi, absolvendique itineris, capiendi cibi, abstinenti ab illo, afficiandi corporis, & aliarum id genus functionum obeundarum rationes spectant. Cui ille, toto itinere ab Hispali Romanam usque, & ab hac in illam urbem peragrato, ita obtemperavit, vt nunquam vel ab eius nutus significatione, ne latum quidem vnguem discesserit: & adeo promptè obsecundabat, vt quibus ab exterritorum, vel domiticorum aliquo quidquam earum functionum agendarum interrogaretur, solitus esset respondere; consulte fratrem meum comitem, & quidquid ille prescrisperit, id facto opus esto. Rem mibi testatus est per id temporis, quo hæc scribo, Coadiutor ipse, de quo agimus. Coadiutores vocat Societas nostra de more, constitutionique phrasí Religiosos eos, qui forte Marche contenti, temporalibus ministerijs deputati, nec sacris initiandi sunt: his autem si sibi vt pareret, iniunctum à superiori esset, perinde dicto citius obediens erat, acque vni de supremis imperio, doctrina, sanctitate, ac prudentia viris. Imo & suo modo perinde ac Christo, cuius in illius voce vocè verus agnoscet obediens. Quem precipientem sibi, sicut & reliquos superiores, non quare, sed quid fieri vellet, attendebat, quærebaturque Granadus, obediens studiosissimus. Vera enim devotionis est, quid fieri velit, non quare velit dominator, inquirere. Vt recte Chrysologus.

S. Bern. serm. de tri-
plici custodia ma-
nus, lingue, & cor-
dis. initio.

Nonnulla illius
obedientia docu-
menta præclaras.

S. Chrysolog. serm.
166. fine.

Hispali in nostro S. Hermenegildi Collegij Gymnasio; post Philosophicæ, ad Theologicæ cathedræ gabernanda clavum sedit; atque in salo perpetuis ægræ admodum, & pene confecta valetudinis ventis turbato; impotentibusque invicem attēta orationis, laborosique studij, & disputationum quotidianis, altisque vorticibus agitatus; constanter tamen

ad triginta annos navigavit, nauticæ tam sancte intentionis, quād stationis acu ad superiorum voluntatis nutum, velut ad scopum, & clarissimam cynosuram perpetuo prospexit, atque defixæ. Inde accersit Romam, inuenientem anno 1614. & item anno 1616. à R. admodum P. Generali nostro Mutio Vitellescho, ut Theologiam scholasticam, tanquam insignis illius, & exercitatisimus moderator, in universa Societatis noītrg, totū per Orbē sparſe, illustrissimo Collegio Romano profiteatur. Accingit se protinus, & libenter irinēri exornando, tametsi aduersa valetudine deterretur; Provincialisque ob id voci à suscepto itinere deducenti, reducī ad portum velis, ventis secundis latus obsecundat. Post annos deinde quaruor à cathedræ clavo, quem triginta ipos felicissimè, vt dixi, tenuerat annos, ad Collegij Hispalensis S. Hermenegildi gubernacula tractanda vocatur: adeſt, tenet, tractat magna cum dexteritate, prudence, pietate. Revocatur iterum aliquāto fortasse citius à Collegij ad cathedra clavum gubernandum, urgente tam periti ablegatio, ac necessitate naucleri; & multo vehementius pro sui humillima, promptissimaque obediē, suarum compleri sinentis aurum vela, levi quadam insinuationis supremi Gubernatoris aura; que Rectorē leniter reinvitabat ad cathedram. Deus bone! quanta animi, ac corporis alacritate, quanta cursus celeritate, expansi allicienti zephiro sinceri, ac finniſi pectoris carbasis, nave in doctrinæ, & obedientia mercibus onustam, in optatum gymnasij portum revexit! Non ita paulo post, apertiori superioris iubentis vento ad gubernationis eodem in Collegio mare, de portu gymnasij securiori, obsecundans demittitur. Hisce in munib⁹ varijs obeundis obediens, humili, regue ipsa executione mandans id consilium Gregorij: Neque enim verū humili est, qui supernū nutus arbitrio, ut debeat praefesse intelligit, & tamen praefesse contemnit; sed divinis dispositionibus subdit⁹, atque à virtute obstinationis alienus, cum sibi regiminis culmen imperatur, Ex corde debet fugere, & invitus obedire, inſtar Moiſis, qui praefesse tant⁹ multitudo & noluit, & obedivit.

Quo in munere insignia dedit omnium aliarum virtutum, & obedientię docimēta; qua inter, illud, quod in doctissimis hominibus perrarum esse solet, dictis a numero. Intenta fuerat antea forensis lis Hispalensi Collegio à gravibus quibusdam eiusdem ciuitatis Ecclesiasticis viris: eius Rectori Granado, ut certam pecunia non modice summam sibi anūiatum pendat, facta excommunicationis communione præcipiunt. Ille, vt erat timoratus conscientia, omniumque Ecclesiaz censorum formidans, in eam partem inclinat, vt obediendum sibi esse iudicari. Alij Collegij graves, doctique Patres id ab Ecclesiasticis iniuste, invalidē que inberi contendunt. Res ad Provincialem defertur: accedit ille ad Collegium, iuris decursum, ac statum in plurimum valde Doctorum hominum illius, & aliarum domorum è nostris consultationem deducit. Discepitur autoritatis, ac rationum pondere in utramque partem acerrimè quæſtio: Granado adhuc in sua opinione defix⁹; reliquorum maiori parte in opposite feneſentie statione persistente: huic parti suffragiū Provincialis accedit; Granado quoque suadet, vt conscientiam illam nimis religiosam deponat: & consultatione disoluta in Professorum domum revertitur. Hic Rhodus, hic salutis in Granadi Rectoris pectorē, præmente hinc illum religione incurendi peccatum, atque censuram, ni Ecclesiasticis illis conniveat: inde Provincialis, et si signo tantum voluntatis, non expreſſo præcepto oppositum decernentis, iudicio suum non conformandi iudicium. Accurrit anxius inſequenti die ad Provincialem, & summa cum animi demissione, ac sinceritate ita illum affatur. In mea opinione, Pater, non sequenda cernere mihi video peccatum; at nō manifeſt⁹ video. Regula autem nostre Societatis ex Theologie, Et Sanctorum Patrum doctrina & viceribus deprumpta, monet, vbi peccatum manifeſt⁹ non cernitur, superioris statum esse iufisioni. Te per Deum immortalē precor, mihi vt uberas, meum iudicium deponere, aut oppositam meę opinionem implasti: Et hac de num ratione, pungeſte me acriter ſorupulo liberabis, & latifimum ire iubebis. Renuit ſubridens Provincialis, & tandem illi enixus id sibi, ut præcipiat, per Nomen extorti anxiū; & connivendo potius, quam præcipiendo iniunxit; quo ita iubente, ac salutato, Granadus abit ereclus, & alacris: & deinde non solim fecit, & paruit illius oppositū ſibiſentientis iudicio, ſed contraria opinione egregius defensor, & ſuę acenſator effectus est: idque aliquot ante annos, quād lite postmodum ad illustrissimi Nuncij Hispaniæ tribunal deduc̄ta, publico diplomate fanxit, id ab Ecclesiasticis illis neque validē, aut licite potuisse Granado, Collegiove nostro iuberi.

Simile aliud obedientię documentum in Granatenſi Collegio ante tres annos eū eſſet, reddidit: vbi in re gravissima, de qua illum, & Rectorem, aliosque Patres, vrbis eiusdem

S. Gregor. tom. I. in
Taſtoral. p. 1. c. 6.

Senatus

28

Senatus consuluit; et affirmativum suffragium ferre illi liceret; negante primū Granado; post eundem Theologorum consultatione & facta; & cum Rectore concedente. Tamen ubi ille superioris sententiam audivit; ita suam, tametsi doctissimi Theologi deposituit; ac rejecit; ut longè eloquentiorem, atque eruditiorē apud Senatorē quosque sue contrarij opinionis accusatorem egredij. Atque huius generis s̄pē in rebus alijs egregia obedientie monumenta reliqui: adeò ut hic Augustini mutuari verba lubeat; & quod ille in matris sue sanctissima Monicā obedientia Mediolanensis Episcopi iuslibus exhibita commendat; Granadiane adaptare licet: Itaque cum ad memorias Sanctorum, sicut in Africa solebat, pulkes, et paucem, & meram attulisset; atque ab oratorio prohiberetur: ubi hoc Episcopum retinuisse cognovit, tam p̄e, atque obediens amplexeat, ut ipse miraretur, quod tam facile accusatrix potius consuerudinis sua, quam discepatrix illius prohibitionis effecta sit. Quid plura? id ut oculatus, attentus, atque fidelis, ut debeat esse, teltis pronuncio: me vel tunc maximē, cum Granadi superiori egi (tauto indigniore, quanto me semper in omnibus illi longè inferiorem esse, atque fuisse & agnoscō, & facere ingenuē) sapientis in animum induxisse meum; id quod alios sibi persuadentes audio; sicutque statuisse: neque in tyrocinio, neque alibi usquam vidi, aut novi villum ex studiissimis disciplinae religiose hac tempestate novitiam, ita diligenter, ac Granadum in toto religiosa vita decurso, ad superioris, cuncte vocem, vel tantisper ab aliquo vocantis sonitum, littera inchoata, nec dum perfecta relata, festinum, ac festivum accurrere; aut universas dici, noscisse functiones, & cogitationes suas, ad exacte obedientia trutinam ponderare, atque metiri; aut de prompta obedientia executionis, voluntatis, atque iudicij solicitor esse; aut minimatum etiam iunctionum, & voluntatis superioris signorum, ut illis praeſt̄ sit, satagere: etiam ubi nullum ab eo datum mandatum, exhortatioe accesserat; sed illius tantum propensione anima Granado comprehensa, soloque affl̄tu, ac desiderio virtutis obedientia impellente: quod quanta perfectionis sit, Basilium ponderantem audiamus: Voluit Dominus eximia virtutis meritum non iunctionis necessitatē obnoxium fieri; sed egregii, ac singularis animi specimē, atque dicim⁹ esse, dum sponte sua, nulla imperi⁹ necessitate cogente, quod mandata omnia antecellit, & supra natura humana modum est, desiderio, affectuque virtutis efficerit. Quare mirum non est, si tam perfecta obedientia dote donatur a Deo, ipsisque modestissimis, humillimisque tyronibus longè modestior, & humilior Granadus cum fuerit, egregius cuiusque ambitionis, siue exaltationis aspernator extiterit; ut non ita multo ante nostra referebat oratio: Quandoquidem obedientia (et S. Antiochij verbis diffiniam) statim illam sui exaltationē, atque arroganti⁹ aspernatur. Iure quidem, parentis modestiae cum sit, atque humilitatis.

S.B.fil.lib. de vera virginit.

S. Antiochij

B. Ennod. in vita S. Epiph.

Multiplices aliae Granadi virtutes

De obedientia Granadi atque in superos devorionis Heliotropio, in dedicatoria prefatiūcula dixi

Hac de virtutibus, atque laboribus religiose vita intimius cōgenitis; reliquarum prælibo flores, & in fasciculum pecto. Sed quid fruſtra gelio singulare species laborum, ac virtutū, vel formas eloquitur dum quod non explicat posibilitas, presumit effectus; datque terrium latiorē opinantibus sermonis angustia. Ennodij de Epiphanius pomario florum huic lego; postquam lectori adlegi, & Granadi dotibus diversos lacravi flores; castitati lilia; animarum zelom, polyapertari violas; temperantia rosas; humiliati amaranthus; obedientia Heliotropium: Cui, et si postremam, non infimum tamen erexit trophum: sed addo modò coronidem. Si Granadi imaginem aternitati quis dare vellet ad vivum effigiatam; non alio melius, quam solis institia Christi per obedientiam, quo cunque interdiu, non duque vergeret, fideliſsimum Heliotropium. Sed & de florum, & virtutum omnium in eo ad pondus, mesuramque librato viridario, religio illum Ennodij lectum manu fasciculum, quē de Theodorici Regis iudicio, in Epiphanius ille; ego de cuiusque Ecclesiastici, secularisque Principis, imo & cuiusque alterius cordati viri, qui in Granadum converteret oculos, constat sententia, veluti de florilegij carpimus, & demortui tumulo spargimus. Quem cum ille cordis oculis inspexisset, & solita iudicij sui libra pensaret: inventus in eo pondus omnium confolare virutum. Cuius integratatem, velut fabrilius lineis ad perpendicularē mentis mēsus est. Quique tali apulsius de illo sermone v̄sus est. Ecce hominem, cuius totus Orients similem nō habet (inquit ille de Epiphano); ego vero de Granado ita temperatum profero; cuius tota minimus Bœtica Provincia Societatis insignorem non habet) quem vidisse primum est; cum quo habitare securitas. Fortissimo muro civitas Ticinensis (addo ego Bœtica qualibet) incolumi ista vallatur. Sane huiusmodi iudicij litera liberatus, ut in omnium illorum erat censura, & voce, hoc virtutum omnium veluti ad pondus trutinato numero, & morum gravitate constante, fede-

bat equa in lance Granatus. In quo maximè, cum Reccoris personam Hispali, & Granata gerit, magis, ac magis ad trutina aquale pondus assurgunt: Charitas sibi commissa gentis, lenitas, affabilitas, blanditia, qua in vna; zelus, fides, gravitas, veritas, qua in altera stateret lance, adamasmus appens, constare debent; constitere & egregie in Granadiana bilance. Quod enim de blanditijs aliorum Principum, vt vni blandiretur Traiano, Plinius in Panegyrico eidem dicto, fallaci turbati maris statera adaptans, in ea pôderat verba: *Quod enim tam infidum mare, quam blanditiae Principum illorum, quibus tanta lenitas, tantus atraus, vt facilius effet iratos, quam propios habere? Te vero securi, & alacres, quo vocas, sequimur. Iubes, que sentimus, promere, in medium proferimus.* Id ego neque vlli alteri invidiam, neque Granado palpù obtrudeas, ita verius ad illum inversa lance p̄cipendero. Quod enim tam aquabile, & fiducia ex quo; quod tanta securum malacia, tamquam à ventis liberum, & placidum mare, quam blanditia Granadi, quibus tanta lenitas, quanta fides, tanta affabilitas, quanta veritas, tanta charitas, quanta gravitas, tanta denique mansuetudo, vt eque facile fuerit, iuriarum ventis appetitum, & offensum (non dico iratum, aur verè turbatum; numquā enim ille se calēm reddi, aut se præbere possum est) quam inturbatum, immotum, inoffensum habere Granadum? incredibile enim est quam rara animi aquabilitate fuerit, charitate, lenitate, fide: quinimò suggestori sibi turbationis, molestia que canfam, quam non suggestori, ea demum ratione melius evenire solebat; vt quisquis eum male accepisset, multo melius ab eo acciperetur, quam si male ipse ab eo non fuisset acceptus: vinebat fideliter in bono malum; tantaque fidei lance bonum pro malo rependebat; vt iam inter subditos, & aquales in proverbiis abiisset: quisquis male sive re, sive verbo Granadum accipit, non illius benevolentie, aut beneficentie decrementum subit; fed incrementum: non grati animi signorum, & officiorum iacturam facit, sed lucrum: non par pari in molestia illata relatum recipit, sed beneficium longè maius, & impar, pro indigniori erga se ipsum officio, reportat: Addo cum Plinio melius de Granadi fide, veritate, gravitate; quam de Traiani dicturo: *Nihil exhortationibus tuis fucatum, nihil subdolum. Evidenter haec pars tis publici suum, cum exhortatione eius, tum pronuntiatione resipixisse videor. Que enim illi gravitas sentitur? quam in affectata veritas verborum? que ad severatio in voce? qua affirmatio in vulnus? quam in oculis, habitu, gestu, rito denique corpore fides?* Descriptionem hic Granadi illis virtutibus florentis, Plinius fecisse; at cædem cum charitate, & zelo contexentis Bernardus eloquentius tradidisse videtur (testibus oculatis ita fidentius loquor). Cum te, inquit de ipsa charitate, arguit, mitis est; cum blanditur, simplex est; piè soleat savire, sine dolore mulcere, patienter soleat irisci, humiliiter indignari.

§. IX.

Tempus iam labentis ad extrema dictionis suadet, vt ex flosculis Paradisi malorum puticorum Granadi fasciculum alium legentes, saltē subdorem, ac subinspiciamus attentè, antequām illum Phenicis busto odorato spargamus. Vereor autē ne molesta sit singula dicere, ingrati tacere. Prius illud crimen, eorum qui dici possunt, non omnia dicendum, non omnia tacēdo, vitabo. Pauculos modò feligite flores è multis; quinimò multos in vnius facinoris, seu fasciculi observatione cōnexos accipite. Lectissimi illi quidem sunt, patientia, eius, qui preget in felicitudine, providentia, magnanimitas, eleemosyna: erecta in Deum spes, ac confidentia, cum divina voluntate cōformitas: charitas denique Dei cum pauperum, & confitatorum commiseratione, ac beneficentia coniuncta. Singula, & omnes he virtutes in reliqua vita Granadi luculententer; at dum Reccorem Hispali agit, in uno, aut altero publico infortunio, & calamitate luculentius enituere.

Fuit tempestatis ineunte anno 1626, quando alta pirene perennibus, ac copiosis imbris gravida, prægnansque de cœlo, & alte nivis liquata torrentibus aucta, doloris impatiens, in Beticis arva, qua à Cordubensi solo planiori diffusa jacent, horrendum inundantium aquarum fecit abortum. His superbens, & excrescens Baetis, Alcolea primū (ita vulgo vocant) velut alter olim Araxes, pontem satis editum, & sublimem indignav, insulit. Cuius demolitos, distractosque margines in trophaū relinquens, properè cæspitum solips, ac fluviorum onustus pergit Hispalim, retrorsis ab Oceano violenter vndis, tre deiecit, & monimenta Regis Herculis conditoris, templaque Divum. Mitti illuc de more Cordubensis Senatus veredo rectum equo veloci nunciū, qui Hispalenses proceres certiores

Plinius in Panegyrico Traiani.

Plin. ibidem.

S. Bern. epist. 5. ad Falconem. init.

Plures alia Granadi virtutes in eo Reccoris mutuere, quod Hispali obit, clariss et fulgent.

Ingens Baetis in Hispalim inunda-
tio: & magna in ea Granadi laus.

53
certiores reddat de rapido in illos adventantis vndosi hostis cursu, aquarum exercitibus non segnioris compositis insolentias, ac formidati. Munier illi citro urbis mœnia, ianuas fulciant, admotis machinis corroborant, rimas illarum stipeis funibus, resina, ac pice oblitis confitunt: tametsi non ita strenue, ac fortiter, vt hostis irruptioni arcenda sit satis. At enim nulla pro rorsus est omnis humana solertia, nulla vires, quando illis divina oblitio potestas, suppetias eunt irato Boeti, Boeticum ccelum, copiosis imbris, veluti auxiliaribus copijs effusis: solum, stagnis, atque fluminibus; Luna, tribus plenitudo sui diebus; Oceanum adiacentem in insolitum attollens tumorem; salum, retortis per Boeticis alveum, atque extra illum in Hispalensem fluctuum voluminibus: aere; Eteis, atque australibus ventis a pelago in Hispalensem tellurem furiose, ac contentiose perlantibus; qui & aquarum fluminis in mare fluxum impedit, & maris refluxum animosorem reddunt; retroque datos fluvij voticias in Hispalim altè convolubant. Quid plura? hostis his auxiliaribus copijs adactus, & arduus irnit, & subito nobilissima urbis habet portas. Cedunt Hercules ianæ, torque furentium in se explosis aquarum tormentis confracte dehinc sunt, atque fatiscunt: vndantes vero copia, velut agmine facto, qua data porta ruunt, toramque a sedibus imi- urbem furiose ruunt, erunt, conveulant; ipso diluculo diei, qui ad Deum conversioni Do- storis gentium sacer est 7. Kalendas Februario.

Capit inundari vrbis antelucanis horis Dominice diei, sed ita pedetentim, vt promiscui populi in templo sacris operari non impediret ingressum maximæ nostræ S. Hermenegildi ædis, vbi Granadis Rector erat. Sed ad decimam fere diei horam, tamen rapidus prioribus vndis accessit fluminis impetus, vt populi de templis regressum prepediret. Ade- rat per id temporis Provincialis Batticus Hispali in domo probationis novitiorum ad eum S. Marina sita. Quo vicorum, reporte editiorum vrbis stationem, fluviales vnda, eti consa- te triumphante ponere pedem, aut vietrem inferre manum, aut pervadere non posse. Pergit inde Provincialis celeriter, vt pro manere suo invisat, consulatque quatuor milium Societatis Collegijs ad demissiores vrbis vicos sitis, & vndarum colluviones op- pressis. Quæ inter, valde illius peccus solicitarat S. Hermenegildi cura Collegij; in quo litteris, ac pietate insignis, Boetica & Societas Iesu, atque universa decus, senecta, futura- que spes iuventu commorabatur. (Morabantur ibi P. Iacobus Granado Rector, P. Ioan- nes de Pineda, P. Iacobus Ruiz de Montoya, & alij de doctrina, ac pietate sat omnibus noti.) Tentat illud semel, & iterum adire Provincialis; sed illum, & alios grandioribus li- cet & eos equis, etiam natantibus, illac accedere fluctuant, violentia, & altitudo omnino vetat, & arret. Quaritur diligenter, nec inveniri vel magno pretio potest, tota illa die ali- enius copia cymbæ, qua vndantes calles, & exundantes aquarum colles fulcari valent; usque ad insegnis lucis decimam horam; qua Provincialis, Granadi, & Collegij fusis ad Deum precibus, vt putat, parvam carinam diu conquistam inventit; magnoque folio are conductit, vt ad Collegia illa se vehens, appellat. Cum vndonum vel ipse supremus Gu- bernator, Aſſistensque Hispalis, quem tunc obvium habet, & diligenter cymberum qua- fitorem, ullam sibi comparasse potuerit cymbam; qua vxorem, familiamque suam in adi- bus Ducus Metinensis nostro Collegio vicinis commorantem invisere, curareque va- leat.

In Hispalensi inū-
datione fervens
oratio, & sedula
providentia Gra-
nadi.

Verum quid hoc triginta horarum spatio, & vndarum incursu, postquam se, suamque domum oppressam videt, & nullis externis auxilijs invati, efficiat peritus Naclerus Gra- nadus? In primis se totum oratione, erecta in Deum sive, atque spe obarimat; vt vesci in tanto naufragio suum totum Collegium orationibus, & sanctis desiderijs, velut humeris sustineat; iuxta primæ Rectoris Societatis Iesu regulæ præscriptum: hisque vallatns ar- mis, quæ ille viginti ipflos, & amplius dies inundationis nunquam depositit, cum vndis in- star longæ, & pauli fortiter ludat, est. Deinde curat, vt ante omnia Sacra Eucharistie paxis quam reverenter, ac decenter ex summo templi altari extracta, in altero superioris choi- ritate parato altari collocetur: ibique frequenter Collegio, & oratione Numen, & adoretur, & placetur. Lubet nudari altaria templi, atque facilius; & omnia ornamenta sacra in su- periore domum adduci. Post, omnia exculenta, & poculenta, quæ in penitiori, atque in- feriori penu de more servabantur, in superiora clauſtri inferri procurat: & prior ipse ve- toribus, illa portando praedit.

Erat inter alias officinas inferioris pavimenti exedra vestiaria, cuius ad parietes, & te- sta affixa theccæ, mutatoria vestes, & calceos, Collegarum noſtrorum octoginta, & eō amplius

amplius iam diu servabant. Ex ea, tametsi malè materialia, aut ruinosa non videbatur, impetrat Granadus no manilis è noctis, ut dicto ciuius omnes vestes, calceos, menas extraheant, & reliqua exedra instrumenta spoliante, in supremamque domum convehant. Mirari que plerique acre inbentis imperium; & tacito fortasse cogitationis convitio de nimia sollicitatione, atque formidine, verberare: sed quanta cum prudencia, atque consilio virginis appropeditato divina, illud iudeandum, clericique executioni mandandum curaverit Rector, rei protinus probavit eventus; quando tota illa vestimenta, & satis longa, & alta exedra tantisper cohibuit ruinam, dum se vidit omibus suis spoliata sarcinis; & statim testis, parietibusque repente collapsis, in subiacentes, sibiisque subdolè cuniculos agentes, vandas evanavit, submersaque est. Mitto alias peculiares providentias, quibus Deus hominem sic patrum, collegiumque gubernavit. Rector interim promiscuam multitudinem populi, qui in eo undatum interclusa muris remanserat, illâ, & in sequenti luce abunde alendâ curat, & in vicinos pauperes, ac reliquos, ad quos fieri posset accessus, Collegij panem, & reliqua alimenta distribui; mēsamque pomeridianā eadem luce domesticis, externisque de more parati. Sed adeunt Granadus domus & economi: ecquid parati, inquiunt, prandium, mensamque iussisti; cum ne fructulum quidem panis in domo reliquum sit, neque exsundi in secas urbis partes, vt domum advehatur, neque panis aliunde ab aliquo lembo advehendi affulget spes? At illo bono, inquit, animo store, pulsate fidenter precibus irati Numinis ianuas, cuius est his, & alijs gravioribus rebus clementer subvenire. Cum ecce Provincialis illa, quam supra memoravi, scaphâ vectus, & per eminentiorem templi portam ingressus, vndis ad summa usque altaria natantibus, panem prandio, & cœnæ totius multitudinis sufficiens futilit. Quām magnas illi obvius Granadus, quāmque maximas Deo gratias egerit, quāmque nova, & erēcta in illum fiducia exerexit animū, cuius vestrum considerandum permitto, & ad reliqua prōperè gradum facio.

Illi pietas, & magnanimitas Collegij limitibus extenta non est. Propriæ experimētū domus, & certo nuntio, communique gemitu novit, ac dolet miserandam stragem rei familiaris, & annonæ, quam fluvius in longe pluribus totius urbis domibus, ac cœnobij sedidit, atque in horas edat. Conducit iubet (magno licet arte necesse sit) lintrem, onerariaque panibus, piscibus, & alijs esculentis, & ipse, aliquipie subdici, eius monitu scapham ingredi, fulcant celeriter viarum, seu maris fluctus, & ad remotiores, subsidiique egētios resicos perveniunt. Quis hic sine lachrymis enarrare queat, quod ego ipse aliquando comitatus Granadum, & alios hisce oculis, & auribus haui? Inferiores domorum partes, vestidula, compluvia, cubilia aquis, ad statuam ut minimam hominis, subsidebribus plenerant, enatabant per illas, perque vias, atque plateas, eorum, mularum, iumentorumque cadavera; ruinam passim faciebant pleraque domus, nobis adspicibentibus; & lembū, ne teatis ruentibus opprimeretur, remorum ductu celeriter avertentibus: multoque magis a corrugienti teatōrum, quām irruentium vndarum incursum, nobis ipsis cavaentibus: adeo?

le periculosam, ac ruinosum esse timeretur, si prora latera, remive cymbæ nō impingat modo, sed vel actingeret etiam parietes domorum non paucarum, quæ ad imminutum ruinam inclinabant. Harum, & aliarum in fenestris, testis, verticibus videre erat confertam hominum cuiusque status, & sexus multitudinem, à Deo, & præterea cibis ingenti clamore escas implorantem, & opem. Neque enim ita columbae, hirundines, passeres, subito irruente grandioris grandinis, imbrisque procella, ad editorum, securiorumque terrum fenestras, & foramina agglomerantur; quām senes, pueri, puerilæ, iuvenes, ab una in alteram minus ruinosam, & ab hac in tutiorem domum per testa, per regulata confluunt, catervatimque confluent. Neque vero ita hirundinum, & aliarum avium pulli, enido ad quaslibet prætervolantes aviculas, guttæ, pectus, alas, & clamorem efferunt, querentes ab illis, & à Deo escam fibi; quām multitudo illa hominum virtusque sexus, & etatis, & suis testis, fenestris, & muris ad pernavigantes etiam eminus naviculas oculos cōciliunt, manus atollunt, brachia, pectus, & corpus educunt, ingentique clamore edito, cibum sibi, & auxilium implorant. Appellit remis ad omnes Granadi, comitumque phasellus: & lingua panem vitæ, & celestisque doctrinæ, de dolore proprietum criminum, de spe in Deum eręta, de placando precibus irata. Numine; manibus vero corporatum panem, & alia largiter omnibus porrigit alimenta, qua illi, demissis à testo, atque fenestræ funibus, & sportis, avide, & grataranter accipiunt: quam eleemosynam non paucæ religiosorum familia: undis circumdatae de nostrorum cymbis, & manib⁹ in demissis sportulis recipi, rededignata non sunt.

Magna eius tunc
in Deum fiducia;

Phasello cum lo-
cijs vecl⁹ magna
ciborū copia pet-
plures urbis vī-
cos, fame, & vī-
dis periclitantes
sublevat.

Tf. 103. p. 213

idem

Idem beneficium præstatum fuit promisum à multitudini, quæ servata in templostris, fenestrarib; & altaris editoribus, naviculæ in illa ingresso, & ciborum largitionem clamoribus magnis, suo quasi iure postulabant. Ita per reliquos ferè hebdomadæ dies excurrit unus, & alter Granadi, eiusque Collegij phæselus, & charitas; in eos maximè, qui op̄ pressiores, & indigetiores erant. Pervenit etiam eadem charitas ad xenodochia, ad quæ liberaliter mittenda curat Granodus munera gallinarum, delicioraque esculenta, quæ primarij viri, præsentim Marchio de Molina (Hispani tunc moratus, nunc excellentissimus Marchio de los Veles, Regnique Valentia Prorex, & semper Granadi pietatis estimator insignis) illius Collegio iunctione, & ciborum indigentia fatigato, sublevando largi miterunt. In sequente Sabbathi luce parat Granodus, eiusque dominus longiorem, capacioremque lembum: onerat pane, piscibus, aridis arborum fructibus; invitaretque me, vel sūosque comitari velim transmisso Bœtim, in vicinum Triana ingens oppidum, seu vicum civitatis; nanfragisque in eo incolis escam, malorumque levamen aliquod largituros. Accedimus ad ripam fluminis tot viatoris, & miserorum stragibus infolientis adhuc, & minabundi, sed aliquanto tamē placitoris: cui intrepide audeo, traiciendo non ita me validâ laterâ, acertique remigum, quām Granadi latus divina ope, Alexandri, & Cæsaris latere longè fortunatius, securum reddiderint: quippè qui tanquam generosus equus gloria Dei, ut eiusmodi viri à Prophetâ vocantur, charitatis animos ardore, labores exâthlare, difficultia que superare, Primus & ire viam, & fluvios tentare minat.

Zachar. o. 10. v. 5.

Virgil. Georg. 3.

*S. Hier. to. i. epist.
27. de obitu S. Pauli
le. pag. 2.*

*S. Greg. Naz. orat.
in laud. Basili, sub
fin.*

*S. Maxim. orat. de
patient.*

Horat. lib. 4. Od. 4

*Luc. Flor. in epito.
de gest. Rom. lib. 2.
c. 6. fol. 49.*

Omitto reliqua commemoratis non dissimilia, quæ Triana Granadiana pietas egit. Tantum proponite hic vobis, rogo, ante oculos insigne doctrina, pietate, estimatione omnium, autoritateque virum, per vias Trianenses alto summo refertas, vectum equo mullo, senio, macie que confessio, duos inter cophinos, pisco, paneque, & reliqua elca plenos; indeque liberaliter innumeræ genorum multitudini panem vitæ, doctrinæque Christianæ, veluti è pulpite lingua, & corporatam escam, tanquam ex divite penu dextrâ pomigentem. Mihi certe, tametsi indevoto, spectaculum illud devotionis, & divina laudis excitavit affectus: refreavitque memoriæ triplicis illutrum in virorum laudis, quam in cofacinor Granadiana imitata est. Prima est S. Paulæ, quam in eius epitaphio ita describere capit Hieronymus. Quid dicam eius in cunctis clementissimum animum, & bonitatem etiam in eos, quos nunquam viderit, evagantem? Quos curiosissimi in tota vrbe perquirunt, dannum putant, si quisquæ debilis, & esuriens, cibo sustentaret alterius. Videat reliqua Doctoris sancti verba. Altera est S. Basili Magni; quam socius, amicus, & admirator eius Nazianzenus his verbis commemorat: Aperit enim Basilius oratione sua locupletum borreis, facit quod est in Scriptura, cibum esurientibus frangit, pambusque pauperes satiat, atque eos infame, atque esurientes animis impler bonis. Quo tandem modo? neque enim hoc ad ludus cumulum parvi momenti est. Nam cum eos, quos famæ vulnerarat, in vnum coegerat, nonnullos etiam spiritum & greci trahentes, viros, puerulos, fenes, omnem etatem commiseratione dignam, omnia ciborum genera, quibus famæ depelli sole, erogabat. Talis erat novus noster Procurator, & secundus Ioseph: imo etiam quidam bœbœ, quod de nostro magnificentius predicemus. Ille enim arte famæ occurrit, ac benignitate Aegyptum cœratur, ubertatis tempore ad famem venturam commodissime r�s, hic autem gratuitam beneficium exercet, neque in hoc fragmentaria largitionis auxilio quædam vllam cœptabit. Accedebat sermonis almonia, pleniusque beneficium, ac munificencia, illa, inquam, red cœlestis, & sublimis, siquidem Angelorum panis sermo divinus est, quo aluntur, atque irrigantur animæ Deum esurientes, ac cibum non defluentes, & abuentem, sed perpetuo manentem expentes; cuius ipse diu in se posset erat, & quidem per quam locuples. Hec Theolog., de Magno Theologo, & de optimo virtutis que discipulo ego. Terra, preclaraque magnanimitas la illa ab scriptoribus predicatorum cura qui non modò infortunijs ipsiis illustratur, & adversis venustatur: vt recte ex Theologo S. Maximus: Et duris ut ilex tufa lippennib; Per damna, per cades ab ipso Dicit opes, animi que ferro: ut veniente Venusinus: quod Granado divinitus hic obtigit: verum in extremis vita alea, vel gravi pericula constitutus, illius, ac sui oblitus, totum se confert, & impedit ad aliorum pericula propulsanda; eoque modò, eteriorique animo magnanimè virtute, & glorioſus viator evadit. Recte tu quidem, & floride in celum evehis, Luci Florere, magnam in re simili populi Romanorum constantiam, & magnanimum spiritum: omniumque, & glorioſus viator evadit. Recte tu quidem, & floride in celum evehis, Luci Florere, magnam in re simili populi Romanorum constantiam, & magnanimum spiritum: omniumque, & glorioſus viator evadit. Recte tu quidem, & floride in celum evehis, Luci Florere, magnam in re simili populi Romanorum constantiam, & magnanimum spiritum: omniumque, & glorioſus viator evadit.

